



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Hyperaspistes Diatribae Aduersus Seruum Arbitrium Martini Lutheri

Erasmus, Desiderius

Coloniae, 1526

VD16 E 3030

13 Si[mi]litudi[n]es a Luthero adduct[a]e, co[n]tra ip[su]m faciu[n]t

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34433**

Hæc uerba tua, sine Christo, sine spiritu, ipsa glacie frigidiora, ita ut etiam uicium in illis patiatur eloquentiæ tuæ decor, quæ misero uix extorsit metus forsitan pontificum & tyrannorum, ne prorsus Atheos uidereris, hoc tamen asserunt, Esse uires in nobis, Esse nisum totis uiribus, Esse misericordiam dei, Esse modos ambiendæ misericordiam. Esse deum natura iustum, natura clementissimum &c. Si quis igitur ignoret, quid sint illæ uires, quid possint, quid patiantur, quis nisus eorum, quæ efficacia, quæ inefficacia, quid ille faciet? quid tu illum facere docebis? Irreligiosum (inquis) curiosum & superuacaneum est nosse uelle, an uoluntas nostra aliquid agat in his, quæ pertinent ad æternam salutem, an tantum patiatur ab agente gratia. At hic dicis contra, Esse pietatem Christianam, Eniti totis uiribus, & sine misericordia dei uoluntatem non efficacem esse. Hic plane asseris uoluntatem aliquid agere in his, quæ pertinent ad æternam salutem, dum eam fingis enitentem. At rursus patietem dum sine misericordia dicis inefficacem, licet non definias, quatenus illud agere & pati intelligendum sit, data opera facturus ignaros, quid ualeat misericordia dei, quid ualeat uoluntas nostra, eo ipso, quo doces, quid faciat uoluntas nostra, & misericordia dei, sic te rotat tua illa prudentia, qua neutri parti adhaerere statuisti, & inter Scyllam & Charybidem tuto euadere, ut medio mari fluctibus obrutus & confusus, omnia asseras quæ negas, & neges quæ asseris.

¶ Similitudinibus aliquibus tibi tuam Theologiam ob oculos ponam, Bonum poema uel orationem facturus, non cogitet, nec quaerat, quale sit ingenium,

genium, qd possit, qd non possit, qd requirat argu-  
mentum susceptum, planeq; omittat illud præces-  
ptum Horati. Quid ualeant humeri, qd ferre recu-  
sent, sed solum opus præceps tentet, & cogitet. Eni-  
tendum est, ut fiat, curiosum & superuacaneum est  
quærere, utrum suppetat tanta eruditio, tanta fas-  
cundia, tantâ uis ingenij. Aut si quis uberes fructus  
ex agro sit recepturus, non sit curiosus superuaca-  
nea cura explorandi ingenii terræ, sicut Vergilius in  
Georgicis, curiose & frustra docet, sed ferat temes-  
re, nihil nisi opus cogitet, aret littus, semina maderet,  
quaqua patet, siue arena, siue limus. Aut si quis bel-  
lum gesturus uictoriam pulchram petat, uel aliud  
quidpiam officium in re publica præstare debet, nõ  
sit curiosus, cõsultando, qd possit, an ærarium suffi-  
ciat, an milites apti sint, an copia facti ulla sit, pror-  
susq; contemnat illud historici. Anteq; facias, cons-  
ulto, ubi consulueris, mature facto opus, sed irruat  
cæcis oculis & auribus clausis, nihil nisi, bellum, bel-  
lum, uociferet & operi instet. Quid rogo Erasme,  
de talibus poetis, agricolis, & Imperatoribus & pri-  
cipibus iudicabis. Addam illud Euangelicum. Siquis  
turrim ædificaturus, non prius sedens compute-  
sumptus, an habeat ad perficiendum. Quid de illo  
iudicat Christus?

¶ Sic tu quoq; nobis facta decernis sola, uetas ue-  
ro primũ explorare, & metiri aut nosse uires, qd  
possimus & non possimus, tanq; hoc sit curiosum,  
& superuacaneũ & irreligiosum. Ita dũ nimia prudẽ-  
tia, temeritatẽ detestaris & sobrietatẽ prædis, eo pe-  
uenis, ut summã temeritatẽ etiã doceas. Nam ut so-  
phistæ temerarii & insani sunt facto, dum curiosa tra-  
B ctant

stant, mitius tñ peccāt q̄ tu, q̄ etiā doces & iubes in  
sanire & temere ferri. Atq; q̄ maior sit infania, hāc  
temeritatē nobis pulcherrimā Ch̄ianāq; pietatē,  
sobrietatē, religiosam grauitatē & salutē esse plua  
des, n̄ ita faciā<sup>9</sup>, irreligiosos, curiosos & uanos nos  
asseris, assertionū cātus hostis, & pulchre euasisti scyl  
lā, dū uitasti Charybdim. Sed huc te ppellit fiducia  
ingenij tui, q̄ credis sic te posse p̄ eloquētiā oībus  
ingenijs iponere, ut null<sup>9</sup> queat p̄sentiscere, qd̄ alas  
in aīo & qd̄ moliaris lubricis ill<sup>9</sup> scriptis tuis, Deus  
uero nō irrideēt, in quē nō est bonū impingere. Por  
ro si hāc temeritatē nos docuisses, in poematib<sup>9</sup> faci  
endis, in fructib<sup>9</sup> parādis, in bellis & officijs obeun  
dis, aut domibus ædificādis, quanq̄ est intolerabis  
lis, p̄sertim in rāto uiro, tñ aliqua uenia dignus ran  
dem eras, saltē apud Ch̄ianos, q̄ temporalia conte  
mnunt. At cum Ch̄ianos ipsos iubeas temerarios  
operarios fieri, & in salute æterna paranda, incurio  
sos esse mandas, quid possint & non possint, hoc pla  
ne peccatum est uere irremissibile. Nesciunt enim  
quid faciant, dum ignorant, quid & quantum poss  
sunt. Ignorantes autem quid faciant, p̄nitere (si  
errent) non possunt. Imp̄nitentia autem peccatū  
irremissibile est. Atque huc ducit nos tua illa mode  
rata Sceptica Theologia.

15 ¶ Igitur non est irreligiosum, curiosum aut  
superuacaneum, sed imprimis salutare & necessari  
um Ch̄iano, nosse, an uoluntas aliq̄d u<sup>9</sup> nihil agat  
in his, quæ prinēt ad salutē. Immo ut scias, hic est car  
do nostræ disputatōis, hic uersat̄ status causæ hui<sup>9</sup>.  
Nā hoc agimus, ut disquiramus, quid nā possit lib.  
arb qd̄ patiat̄, quomodo se habeat ad grām Dei.  
Hæc